

fuere posteriores ad fidem quo-
niam sub protectione deorum exi-
stentes nolebant cum eis uno do-
mino servire. Nunc autem est
apta medicina dolori et dies acce-
lerat critica festinanter. Cum
igitur assint in ianuis amici
ipsof decet honorabiliter hospitari
sicut ille qui spargit quod non
congregavit et domum ad se non
pertinentem invito domino non
introivit. sit itaque quisque me-
mor effusi sanguinis et gentis per-
nemora iam disperse non sit
oblitos. mementote nobilem
catilinam habentium pro ma-
iori. qui potius elegerunt mori
bellando quam sine honore vi-
vere fugiendo. sit igitur quisque
vestrum audax in bello et vires
bellando resummat et cum simus
eis potentia et ^{numero} ~~nunc~~ pares contra
ipsof non dubitemus insurgere quo-
niam ~~Deus~~ invadentibus aliena resistit

9 post hanc rel.

vacua relicta ca

enue reguntur

apertur, re

xxv, 2, 486

xxv, 3, 487